



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae Historiae Decas Prima

Martini, Martino

Monachii, 1658

Undecimus Imperator Pukiangus. Imperavit annis LIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11848

UNDECIMUS IMPERATOR
PUKIANGUS.

Imperavit annis LIX.

Sub hæc tempora intestinâ discordiâ domus regia laboravit, Imperatorum fratribus ac filijs inter se dissidentibus, cum utraque factio traheret ad se imperium. Sed PUKIANGUS Imperatore proximè defuncto genitus causam & regnum obtinuit. De quo plura non exstant, nisi annis eum plurimis probè Sinas gubernâsse; hoc uno infelicem, quòd rebus filij non ita providerit, ut eum regni heredem relinqueret. Eo enim mortuo ipsius frater imperium invasit, CUNGKIA PUKIANGI filio è successionis jure per vim depulso.

*Cyclo 12. anno
58. ante Christi
sum 1980.*

DUODECIMUS IMPERATOR
KUNGUS.

Imperavit annis XXI.

KUNGUS PUKIANGI frater continuatâ, quam frater in nepotem exercuit, injuriâ, & ipse regnum invasit, CUNGKIA iterum semoto; qui ne seram quidem spem haberet, posthabito nepote filius à KUNGO ad imperium destinatur. Aliud nihil ab eo actum memoriâ dignum.

*Cyclo 13. anno
57. ante Christi
sum 1821.*

DECI-